

Sectio XXVI.

De Tabulis marinis corallinis semper concavis,
vel cavernosis, et arbutularum instar ramosis,
superficie externa quandoque lœvi, quandoque
striatâ quandoque foraminulis porosis, quan-
doque stellatis præsertim in extremitate
ramorum insignita: Madrepora mari-
na corallina dicendis. Imperat.

629.

S. 95.

Madrepore
marina.

Madrepore marina corallina ramosa ca-
vâda ramulo uno alteri innato, et pectunculo ru-
benti infidens. Eadem alba Imperat. 629. cum rano-
lo minimo maiori innato. Eadem arborescens lutea
Cornua cervina ramosissima dense conferta stella-
ta exhibens. Boeck. 5. Eadem ramosa truncis cavo
ramulis nunc solidis, nunc cavernosis foraminulis
vel porosis, vel stellatis, ac cavernosis insignitis.
Madrepore vulgaris Tourm. 573. Eadem undique
arcuatim accrescens et ramusculis suis versus prop-
rios ramos maiores sese inclinans, ita ut cum illis
semper quasi anastomosari, et arcum quandam
efformare annitatur, nisi cum illis omnino
deuniatur.

Loracea.

96. Madrepore marina erectior loracea dilute
cinerea elegantissima ramis abruptis in centro
trunci et ramulorum cavernosa substantia septu-
lis non exacte è centro derivantibus interni et ex-
terne usque ad substantiam cavernosam è maris lorig
tenuibus efformata, et undique punctulis minimis
insignita, quo à denticulis dictorum loriceulorum

unam